

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

De cavsis inivriarvm, qvae coram ecclesiastico uentilantur iudicio

[urn:nbn:de:bsz:31-114121](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114121)

DE CAUSIS INIURIARVM, QVAE CORAM
ecclesiastico uentilantur iudicio.

TAndem, si quando ex facto euenit, ut ecclesiasticus con-
tra laicū iniuriarū agere, illatas forte uerbo iniurias, intē-
dat, conatur ecclesiasticus iudex eas ipsas quoq; suae iurisdic-
tioni uendicare causas, quo denuo reus iudicio conuentus,
ordinario iuri suaeq; eripitur atq; eximitur iurisdictioni.

QUEMADMODVM CAUSAE PROPHANAE
ob interposita iuramēta, ecclesiastico tribunali asserantur.

Insuper & id psumunt officiales, si quando in causis pro-
phanis, ac inter psonas eccl'iae minie sacratas, dicatae sunt
sed omnino laicas, data fide, seu pstito iuramento, uerbo,
uel in scriptis, pacta, obligationes, cōtractus, uel promissi-
ones factae sint, uel celebratae: quod eā ob rem, atq; huius
praetextus ratione, tales pphanae, laicaeq; causae coram ip-
sis potius, q̄ ordinario iudice agitari debeant: quae noua
ecclesiasticorū techna usu si incresceret, ac diutius tolerare-
tur, iam actum foret de ciuili causarū auditorio, q̄ omnes
pphanae ciuilesq; causae, contractū atq; transactionū, hac
uia necessario ad ecclesiasticos pertraherētur. Quis enim
contractus, quae transactio, quae deniq; inter paciscētes cō-
uentio, quae non sit solenni ita stipulatione, aut pmissione
uallata: Illac nimirū rerum ueniremus, ut in totum ciuilia
eluderentur iudicia. Quod nedum contra aequitatē ipsam
contra omnia iura scripta, sed & ciuili magistratui intole-
rabile foret. Nam ut demus hoc interim ecclesiasticis iudi-
cibus de periurio cōmissio, notionem ut habeāt: nihilo ma-
gis per id causae ipsius principalis, cōtractus puta, aut trans-
actionis, quam ob rem ille peierauit, iudices competentes
erunt, quin periuros illos ob religionis trāsgressionē ma-
nifestariam tantum iudicio conuenire possent, ac Canoni-
cam huic indicere multā, reseruata tamē ciuili magistra-
tui, qui periuros penali iudicio secundū ciuiles sanctiones

C plectere